



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. De essentia reprobationis à gratia communiter acceptæ à Theologis, &
prædestinationis omninò aduersantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

sufficiens ad fidem penitentiam, & salutem. Nihil probat argumentum. Esi enim de Deo, eiusque bonitate solummodo inspecta, & salutis omnium desiderio, ita sane iudicare, ac credere debeamus, ut in potestate ad dei cuiusvis ipsius salutem absolute posuerit, ac proinde, quod eam non assequatur, penes ipsum demum absolute fuerit, ac non penes Deum, idque absque prouisione auxilij sufficientis à Deo præstiti sit impossibile; tamen collatione auxilij sufficientis remotè, ut honestè operetur adultus, sicque ad proximiora, & proximiora recipienda perueniat, satis à Deo præstatur, cum autem remoto illo auxilio, quo reliqua bono arbitrij sui usu posset acquirere, abutens peccat, atque vltioribus ad salutem proximioribus se indignum reddit, iam non sola Dei bonitas, & benignitas, salutisque adulti voluntas, & desiderium ad gratiæ auxilij collationem Dei menti oberrant; sed indignitas etiam peccatoris ob quam gratia omni proximiori, proximiori ad salutem non obstante Dei bonitate, nullaue eius derogatione, & iactura, iustissime poterit priuari, de factoque in contenta Vasquez per tempus, saltem breues, reprobi nonnulli ad vitæ extremum priuantur, barbarique plures, quibus veri Dei, & fidei lux ob antea peccata contra naturæ rationis dictamen, nunquam affluisse, & paruulorum absque baptismo obuentum salutem ex ea etiam bonitate verè, ac serio desiderat, & tamen eorum pluribus de remedio sufficienti, adhuc remotius, ad salutem Deus in Vasquez sententia non prouidet, ut vidimus Sat ergo bonitati, & desiderio verò, ac serio salutis adultorum erit remoti auxilij prouisio, ex qua industria, bonoque usu ad proximiora & proximiora, fidei, iustificationis, & salutis possit peruenire. Opponunt à ratione Vasquez, & asserunt sine gratia sufficiente nec boni moraliter quidquam agere possumus, nec quidquam moralis mali vitare potestatem adhuc antecedente: ergo, cui Deus auxilium, etiam sufficiens, denegauerit non poterit peccare. Concedit consequentiam Augustinus in Pharaone, concedereque debent obiectantes in reprobis peccatoribus, qui ad alia toti intenti nihil de penitentia, & animi salute cogitantes obeunt diem. Sed de antecedenti magna nobis disceptatio futura tom. 1. de ente supernaturali controu. de gratia auxiliante, aliunde, quam hæcenus fuerit, antecedens illud à Doctoribus, in vtramque partem versatum: pendet enim eius decisio ex ea questione: an notitia legis, quatenus ad inducendam obligationem præcise requiritur, sit gratia aliquo modo supernaturalis, & per Christum: quam magister meus Daza multa eruditione, & ingenio excitauit, atque illustrauit.

QVÆSTIO III.

De essentia reprobationis à gratia communiter acceptæ à Theologis, & prædestinationi omnino aduersantis.

Reprobationem à gratia omnino, & quasi à diametro, & contrariè prædestinationi aduersam, eam appello, quæ à gratia solum efficaci exclusio, & reprobatio est: quemadmodum prædestinatio gratiæ solummodo efficacis preparatio in diuina præsentia, & voluntate est: atque eo sensu & acceptione de reprobatione à Theologis communius, magisque ex instituto disputatur, quam de reprobatione à gratia etiam sufficiente: quare eo sensu acceptæ reprobationis explicanda hic essentia, & ut aiunt quiditas ex instituto erit, tamen obiter / tanquam de re facilius de essentia reprobationis à sufficienti etiam gratia dicetur.

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

CERTAMEN I.

Reprobationis à gratia, etiam sufficiente, essentia statuitur: atque ad propriæ reprobationis essentiam statuendam notata.

Cum reprobationis essentia actum liberæ voluntatis Dei de gratia, siue sufficiente, siue efficaci, deneganda rationali creaturæ, ut minimum includat, neque, acque, nisi ex scientia aliqua cum gratiæ deneganda, cum creaturæ, cui deneganda gratia est, à Deo haberi de vtraque reprobatione examinandum erit, quamnam scientiam, vel denegandæ gratiæ, vel rationalis creaturæ, cui deneganda alterutra gratia est includat, vel essentialiter supponat: ad eum modum, quo de prædestinationis essentia agentes examinabamus. Quocirca triplicis Dei scientiæ circa obiectum vtrumvis retrahendâ hic memoria erit: simplicis intelligentiæ quæ, & subiecti reprobandi à gratia possibilitas, atque item possibilitas gratiæ, & essentialis eius, ac intrinseca ad salutem conducentia repræsentetur. Visionis item, qua vtriusque absoluta existentia à Deo cognoscitur, media, quid futurum, essi contingenter & libere in creatura, & à creatura rationali determinate sit, Deo innoscitur: & scientiam visionis de absoluta gratiæ existentia; vel eius absoluta negatione ad neutram reprobationem, siue ut eius constitutum, siue ut quid præsuppositum, requiri perspicuum est: siquidem neutrius gratiæ existentia absoluta est, quare neque visionis scientia, sed potius absolute negationis visio: quæ cum voluntatem absolutam non conferendi gratiam creaturæ illi rationali, qua voluntate reprobatio à gratia, vel adequatè, vel saltem, completiue constituitur, nequit reprobationem à gratia constitutare, neque ad illam supponi.

2. De scientia autem simplicis intelligentiæ creaturæ rationalis scientia ad vtramque reprobationem à gratia supponi, non autem ipsam ingredi æque certum est. Supponi quidem: quia, cum voluntas Dei à gratia alterutra excludendi, ac reprobandi, ex quocunque motiua à Deo habeatur, libera Deo sit, & chimæra omnis, seu impossibile se ipso ab existentia & subinde possibilitate recipiendi gratiam sit exclusum, nec ex libera Dei voluntate pendeat, ut ab ea excludatur, sit scientiam simplicis intelligentiæ de possibilitate creaturæ rationalis ab alterutra gratia reprobandæ, atque excludendæ ad voluntatem liberam Dei de eius exclusione, & (quod idem est) reprobationem prærequirit: Dices id non inferri: sed solum scientiam de creaturæ excludendæ à gratia, & reprobandæ impossibilitate non posse ad reprobationem præsupponi, satis tamen esse præsupponi scientiam de creatura reprobanda præscindentem ab eius possibilitate ut à gratia alterutra eam velit Deus excludere: contra verò, quia nequit non creatura reprobanda à gratia im particulari secundum suam entitatem physicam & metaphysicam id est coniunctionem, & complexum metaphysicum omnium suorum prædicatorum essentialium à supremo genere vsque ad individuale inclusus prænosci, alioqui non hæc creatura sed vel alia, vel nulla à gratia excludetur, atque in entitate hæc physica, & metaphysica ex his omnibus prædicatis metaphysicè essentialiter constare creaturæ stat ipsius possibilitas essentialiter, & à nobis etiam impræcendibiliter inclusa sicut in coniuncto prædicatorum chimære essentialis, & impræcendibilis impossibilitas ipsius, ergo nequit esse nisi chimærica scientia Dei de creatura hæc ab eius possibilitate præscindens. Secundo ex parte voluntatis huius liberæ Dei excludendi hæc creaturam à gratia confutatur euasio. Est siquidem voluntas efficax priuationis eius à gratia, quæ nisi ex possibilitate, cum priuationis, tum subiecti quod possit gratiam habere, & priuationem pati haberi à Deo reprobatur.

KKK

gnatus; esto præcendens illa scientia, à creaturæ possibilitate esse in Deo posset.

3. De scientia vero visionis creaturæ rationalis à alterutra gratia excludende, ac reprobande dicendum est, ad eius reprobationem præsupponi; non autem ingredi reprobationem. Primum patet ex dictis controu. 6. de Prouid. & 7. de Prædeltin. Etenim reprobatio hæc ab alterutra libera proxime est, ac proinde ex parte actus primi debet Deus supponi potius proximè ad prouidendum creaturæ illi rationali de mediis, siue auxiliis gratiæ alterutris, siue sufficientis siue efficacis, vel excludendum creaturam illam à gratia alterutra: atqui, ut citatis locis offendimus, nequit prouideri Deus de alterutra gratia creaturæ alicui, nisi prius eam absolute existentem supponat, ac præiudicet: ergo neque illam à gratia alterutra reprobare, nisi ipsam absolute existentiam videret ac præueniret: ac proinde ad reprobationem cuiusvis creaturæ rationalis à gratia alterutra necessario illius absolute existentia visio diuina præsupponitur, ut prima parte nostre assertionis dicebamus. Inde vero secunda eius assertio- nis dicebamus. Inde vero secunda eius assertio- nis facile monstratur, eam scilicet scientiam reprobationem ingredi minime posse: nihil enim essentia- liter præsupponitur, & necessario ad aliud prærequi- situm huius essentiam ingredi potest. Et de præfatis scientiis simplicis intelligentiæ, & visionis hæcenus dicta reprobatione utriusque à gratia, tam sufficiente, quam efficacie communia sunt, & æque pro alterutra facilia, sicuti & quod ad utramque scientiam simplicis intelligen- tiæ de possibilitate, cum gratia, tum negationis eius debeat, ut minimùm præsupponi: alioqui enim libere excluderem creaturæ rationalis ab alterutra Deus vel- le non posset.

4. An verò scientia hæc de possibiliæ gratiæ, ac negationis cuius alterutrum reprobationem, vel vitramque ingrediatur, anue ingrediatur, vel supponatur, fâit ad alterutrum, vel vitramque scientia media dubitari potest? & quo ad reprobationem à gratia de qua iustus & communis à Theologis diffipatur, efficace subitior, prolixiorque diffipatio est certa, à nobis habenda. De reprobatione vero à gratia, sufficiente etiam, res est circa vitramque faciliôr: dicendumque proinde in ea scientia mediam in cam reprobationem non ingredi, neque ad eam supponi certam id, atque indubitatum Theologis est. Probatur, quia cuiusmodi reprobatione, seu voluntate denegandi, etiam auxilia sufficientia, non intenditur, nec agitur, curaturque à Deo de futuro, nec non futuro ratione libera consensus boni à potentia libera creaturæ rationalis sub ea sufficientis auxilij negatione, sub qua impotens ad bonum consensum creatura illa est, ac proinde non libera & indifferens in actu primo ad bonum consensum, vel eius negationem, sed ad eius negationem antecedenter necessitata: ergo nec negationis cuius, que sola determinate, & necessario necessitate antecedenti ab ea creatura erit, scientia media inde sub negatione auxilij, & gratiæ omnis est poterit, ac subsinde neque ad eam negationem gratiæ omnis descendendam, quæ suo existentia modo appendendam potest acquiri: alioqui ad possibili existentiam requireretur ex parte actus primi veri, & realis chimericum aliquid, & impossibile, quod est idem, atque possibile aliquid constitui per aliquid impossibile, aperta nimirum, & aenante contradictione.

3. Dicendum est secundo Reprobationem à gratia sufficienti scientia simpliciter intelligenti, vt in adequate constituitur, sed solum eam, vt diximus, supponere. Probatur quia voluntas efficax denegandi auxilium sufficiens, si sola facit certitudinis & infallibilitatis intrinsecæ habet cum, vt neque auxilium absolute sufficiens fit, sed potius eius negatio, tum, vt non fit potentia in actu primo ad consensum bonum potens, ac indifferens, tum, vt eius consensus negatio determinat fit absolute: atque certitudinis, & infallibilitatis intrinsecæ reprobationi huic horum trium, vel aliorum ex ipsis, titulo loco poterat requiri scientia simpliciter intelligenti: vt quid reprobationem hanc inadequate adhuc constituit: ergo nullatenus, vt inadequate eâ constituentem eam constituit aut ingreditur, tamen ad eam necessitò supponatur, vt numero 3. sub finem ostendebamus. Cōfirmatur, & explicatur hæc ratio, ac simul occurrunt obiectioni, quæ ex dictis de intrinseca

infinitutione: prædeterminationis per scientiam mediorum
terat de sumi, tamenque necessario illam, & electio
viri efficacis prædeterminatio voluntas, vt sui dictum præ
supponat. Et enim quia prædeterminatio certa & infallibilis
quod infallibilis effectus suo, nempe consensu boni
intrinsecus esse debet, neque id habeat, ex auxilio effectus
extrinsecus solum & entitative, ac intrinsece infinitutione
neque ex efficaci voluntate antecedenti boni consensu
idcirco ad prædeterminationis essentiam constitutivam
addicitur, vt cum electione efficaci auxilii, quam digni
prædeterminationem constituit: ut quod proinde ab Augustino
& Theologis cunctis definitur præscientia, & præparatio
beneficiorum Dei, quibus certissime liberatur quicquid
cupit liberantur, cum ergo voluntas reproborum ad
auxilio sufficiens, per scientiam simplicem intelligitur
directa & sola certitudinem infallibilitatem, acque
infrutabilitatem intrinsecam effectuum formam prædeterminationis
quos concernit, habeat, vt vidimus non esse ad quod
modi providentiam constitutivam intrinsecus possit ad
uocari.

CERTAMEN I.

*Reprobationis prædestinationi con-
trarie, & vulgatiore essentia
examinatur.*

Di huius affectionis præstatione reprobationem habet de reprobationem (solummodo à gratia efficiat) sicut ex aduerso præparatio gratiæ solummodo efficiat prædestinationem et huius locum reprobationi efficiat vides à Theologis disputari, ut de alterius præstatione à gratia, sufficientem etiam, essentia (de quo nos cert. t. 1. verbum quidem apud Theologos videtur: cum et de etiam Theologum instrui oportet. Cui præstationi autem reprobationes à gratia efficiat, qui modum non adeo, ac nos, religiose moralitate dicit, obstant, suntque paululum clarioris difficultatem diuinis incurrit, plura referre hic placuit, ut per omnia et quandoque citare consuevit, que, vel alii ostendit præcedere debent, vel essent postmodum, et locum propriis sedibus disputanda. Etsimodum sunt: 1. à scientia media de consensu negatione Deo in reprobanti aditæ absolute contra Dominicanorum recitationem iudicio meo scholam theologicam cuiusque præstationis prædeterminationis, et introitus ad gratiam efficacie; quod supponit ex dictis de scientia media debet, quum disputari. Tale etiam est 2. in reprobationi à gratia efficacie absolute excludendi reprobationi a gratia, et regno absolute supponat, que efficacie, que intrinsecæ sicut prædestinationi laici reprobationi supponit voluntatem? Hoc tamen prædictis questionis non est, sed sequens, ubi de causis, et præcisiuicis ex parte Deo ad reprobationem alicuius à gratia efficiat agitur. Data vero possibiliter 1. imo, et existentia, antecedentibus voluntatis dantando, et excludendi reprobationi à gratia, que efficacie, que inefficaciæ, sicut gloriæ prædestinationi antecedens voluntas in Deo admitterit, excludendum est à reprobationis intrinsecæ, et essentiali contributione, de intentione gloriæ à prædestinatione extrinsecæ, manifestum est.

2. Quoniam vero reprobatio, cum a gratia, cum i gloria dicitur, eius essentiam, quo modo, atque ad debaturum, ut aiunt, more plures Doctores dignum iudicio ad eos terminos quæstionem redigo, ut cum acquisitione duplicis reprobationis posset impetrare responderetur de reprobatione à gratia efficitur ad salutem expressis terminis rogemus, quibus determinatur essentiam quarumdam. Vide consilium notum Henrici disp. 23. cap. 32. cap. 2. plures intellectus & voluntates actus ad essentiam reprobationis statendum enumerant, quam ad præsentem quæstionem de essentia reprobationis à gratia efficitur contrariis prædefinitionibus optineret. Nempe iudicium de dignitate personæ de dignitate

nis æternæ propter peccatum finale reprobi emortui absolute præsumptum, atque item voluntatem efficacem Dei de exclusione absolute, & executione reprobi à gloria & additione eius inferno, æternique cruciatibus, in quo iudicio solo reprobationem totam constituit, quam ita constitutam actus præfatus voluntatis quasi eius effectus, posterius sequatur, quæ dubio procul extra præsentem questionem sunt, atque ex confusione, & indistinctione duplicis reprobationis, tum à gratia, tum à gloria sunt dicta intempestive, & de reprobatione, adhuc à gloria, quo ad exclusionem voluntatis præfate ab essentia reprobationis falso, & debili fundamento dicuntur ab Herize, & pro sua sententia, & ratione Molina, Soar. & Arrubal falso referuntur.

3. Ait enim reprobationem proprietate vocis ad actum iudicii pertinere, quo ob salutaritatem eius obiecta diffinitur, quasi proprietate sermonis diffusio, & consensus voluntatis actibus non conveniat, vel iudicium, & consensus ille à reprobo, ratione salutaris, ac non potius malitiae, & indignitatis moralis in Deo sit, immo vero actu potius voluntatis iudicium illud subleat realiter formaliter Deo intrinsece reprobi à regno, & damnatio nota clauditur, quæ ex rei natura, atque seculo Dei pacto, & statuto, eo etiam iudicio posito, non esse absolute posset: ut respectu peccatoris in via, quandoque prædestinati, iudicium de dignitate exclusionis eius à gloria, & damnationis æternæ ob lethale admissum Deo sepe adest, & tamē non adest absoluta illius à gloria exclusio, quia ad illud iudicium non est actus voluntatis de eius à gloria exclusionem subsequens, quoniam pro delinquentibus in via statutum non est, ut à gloria excludantur, & damnetur. Adde non adeo strictam Dei legem pro obsequentibus in mortali absolute esse, ut quandoque suas non patiantur exceptiones: ut de voluntario suspendio, ac proinde in peccato absolute mortuus aliquot Sanctorum precibus ad vitam excitatis, ut è fide dignis historis vitæ S. Martini, & S. nostri Ignatii constat: locus autem ex S. Thoma. quæst. 6. de veritate art. 1. ad ultimum, cui Herize inuenitur contra eum expressus est. Ait enim: *nisi forte dicatur reprobo idem quod iudicare indignum*; quod ita dici aliquo modo posse significat, cum tamen dixisset reprobationem ex ratione sui nominis magis pertinere ad voluntatem.

4. Ad præsentem verò questionem in terminis propius veniens Herize à num. 10. ac suo illi principio insistentis ex parte, at sibi etiam ex parte adversus docet. Primo: reprobationem omnem ab auxilio efficaci supponere peccati indignitatem absolutam, siue dignitatem absolutam carendi auxilio efficaci ex parte reprobi, quia alias non est ex parte obiecti mortuum, & ratio ob quam à gratia excludatur efficaci, & quam reprobatio omnis proprietate sermonis essentialiter supponit, ac concernit, unde inserit actum voluntatis permissivæ peccati, siue denegandi primum auxilium efficacem antequam ad primum peccatum reprobi non esse proprie reprobationem à gratia efficaci; aut voluntatem permissivam, seu denegandi auxilia efficacem vltiora post primum peccatum à reprobo admissum, esse proprie reprobationem à gratia efficaci de qua disputamus. In parte hac postrema sibi, ac doctrinæ suæ de reprobatione à gloria nuper à nobis impugnare adversatur. Etenim ad actum voluntatis excludendi reprobum à gratia efficaci ob admissum peccatum, & dignitatem carendi vltiori auxilio efficaci ad salutem præcedit iudicium dignitatis finalis excludendi illum à gloria, & damnandi. Ergo utraque reprobatio stat in iudicio illo antecedente actum voluntatis. (ut hic auctor vult) proprietate sermonis iudicium illud de debita poena ob peccati indignitatem solum possit esse reprobatio. Certè in eo principio, quod ad reprobationem, tum à gratia, tum etiam à gloria quæ actu voluntatis alterutram denegandi iuxta Theologos constat, vel completur) proprie accepta indignitate antea peccati ex parte reprobi illiusque

Christoph. de Orrega de Deo ungi. Tomus II.

scientiam absolutam prærequirit, ac proinde voluntatem exclusivam à prima gratia efficaci ante omne peccatum, nec esse, nec dici proprietate sermonis reprobationem, conuenit Herize cum nostro etiam Molina prima p. d. 23. ar. 3. §. *an vero permissio peccati.*

5. Molina fundamentum à reliquis acceptum pro eo leuissimum est principio. Nempe: reprobatio proprietate sermonis approbationi opponitur: approbatio autem, siue intellectus, siue voluntatis, quæcumque supponit dignitatem approbati: ergo & reprobatio omnis propria supponit indignitatem reprobi: id quod ex Pauli locis ad Hebr. sexto & ad Corinth. 9. confirmat. Sed licet verum id, & robur habeat, cum ex iure, vel quasi iure, approbati aut reprobi ad aliquid approbati aut reprobi eius ad illud aliquid etiam proinde cum premiū quodvis, aut supplicium creaturæ rationali est amandum vel conferendum; at vero, non quia præmiū, aut supplicium, sed ex mea libertate, & arbitrio amandum bonum aliquod alicui, vel eius negatio est, approbatio eius ad bonum, vel reprobatio eius ab illo nullam eius dignitatem, aut indignitatem supponit. Sin corrige Paulum ad rem, quam versamus scribentem de Iacobo & Esau. *Antequam quidquam boni eissent, aut mali, dictum est* (à Deo Rebecca) *Iacob dilexi; Esau autem odio habui.* Et quotidie homines, qui alicui de bonis suis, nulla dignitate recepturi, aut indignitate non accepturi attenta, sed pro suo libito, & bene placito volunt dare, vel non dare, voluntate non dandi illum à suis donis reiciunt, ac reproban; dandi vero voluntate ad sua approbant dona. Ac demum, cum de reprobatione prædestinationi contraria agamus, atque prædestinatio non supponat per Catholicos Doctores dignitatem, sui meritum, titulumve vltimum, nec reprobatio demeritum ex parte reprobi præsupponit. Si ergo prædestinationem, seu præparativam gratiæ efficacis voluntatem Dei respectu prædestinati; approbationem prædestinati ad gratiam efficacem, tametsi nulla ex parte eius dignitas, meritum perexiguum, ut præcedat esse admittas, voluntatem Dei de gratia efficaci deneganda reprobo ante omnem eius indignitatem, reprobationem propriam esse cogitis faceri. Si verò illam approbationem propriam esse neges satis in questione de re, habebitur, si voluntas denegandi reprobo absque præsupposita eius indignitate auxilia efficacis reprobatio eo modo esse admittatur, quo voluntas de opposito, scilicet dandi efficacis auxilia prædestinato absque vltio eius merito approbatio esse asseratur.

6. Aliunde vero Arrubal disputatione 88. & 89. voluntatem denegandi auxilium efficacem, siue denegationis primi efficacis auxilij reprobo ante omnem ipsius peccatum, & indignitatem à ratione reprobationis prædestinationi adversantis, ac contrariè opposita exclusio, solumque talem esse admittit eam, quæ ob indignitatem antea peccati admissi concipitur, habeturque à Deo in eius peccati poenam, ut enim opposito modo prædestinationi reprobo se habeat oportet, ut non solum effectus, & obiecto, sed sine, ob quem hoc Deus vult reprobo, sese reprobo prædestinationi opponat: aut nequit opponi ex fine prædestinationi seu voluntati conferendi auxilium efficacem prædestinato, ex fine, & intentione gloriæ voluntas denegandi auxilium efficacem reprobo, nisi ex intentione damnationis, & excludendi illum à gloria à Deo habeatur, ergo nec opponi voluntas hæc omnino, & contrariè prædestinationi potest, nisi præsupposito reprobi peccato & dignitate carendi auxilio efficaci. Probatur consequentiam: quia damnatio, interitusque, & exclusio reprobi à gloria nequit à Deo amari, inefficaciter adhuc, nisi ob eius peccatum admissum, ac præsuppositum; ergo neque eo sine, & intentione negatio auxilij efficacis reprobo ante omne eius mortale eligi à Deo potest, & apponi principium hoc, ex quo Dei voluntatem denegationis primæ auxilij efficacis reprobo ante omne eius mortale à reprobatione exclusit Arrubal, posuit primus Molina citatus, cui annuit postea Soarius lib. 5. caput. 7. num. 6. sed uterque ideo voluntatem denegationis auxilij efficacis non solum primi & anterioris ad peccatum reprobi, sed omnium primi, & reliquis

reliquis peccatis reprobi posteriorum reprobatione omnino, & regione prædestinationi opposita maiori prudentia, meliorique Theologia, & consequentia excludit: quia ut ostendit q. 3. Deus nulli reprobo, quantumvis iterato (ne dum primum) peccanti, ex intentione exclusionis à gloria, & damnationis eius auxilij efficacis priuationem pro vitæ huius & vitæ eternæ decreuit: tamen in ante acti peccati, & innumerorum anteriorum peccatorum ipsi à Deo decematur.

7. Soarius in postremo hoc firmus ex communi sibi principio cum Molina postea ab Arrubale, ut vidimus, admissio duplicem reprobationem distinxit, positivam scilicet, & negativam, & primam positivam, ut reprobatio propria, atque è regione omnino prædestinationi adversa, & contraria sit, ut ex opposito sine prædestinationi, & intentione scilicet exclusionis à gloria, & damnationis reprobi à Deo habeatur opus prius esse quæ respectu, iterato etiam peccantis, reprobi viatores haberi à Deo nequit, ut ex ipso retulimus, suppositumque ex dicendis q. 3. negativam vero vocat voluntatem denegandi efficaciam auxilia reprobo, siue permittendi eius peccatum, quæ oritur ex defectu efficacis intentionis gloriæ reprobi. Distinctionem eandem eiusque membra alij & alij aliter, & Arraga d. 39. cit. scilicet. 1. num. 7. §. quarto, & ultimo voluntatem permittendi primum peccatum, seu denegandi auxilium efficax reprobo, reprobationem negativam vocant; voluntatem vero denegans ipsi auxilium efficax punitivæ, siue in penam peccati iam ab ipso admitti appellat positivam, atque hac distinctione huius explicatione, & intelligentia Doctorum plurimum super causâ reprobationis ex parte reprobi discordes sententias ad concordiam redigi posse arbitrantur. Certè ago, dummodo voluntas negandi auxilium efficax positiva sit, videlicetque, siue ex hoc, siue ex illo fine, siue ex huius vel illius finis, & efficacis, vel inefficacis intentionis defectu à Deo habeatur, nescio quo iure reprobatio negativa ab efficaci auxilio dici debeat, aut possit: quoniam disputationis fructus superfluis neque eis ad solidam doctrinam tradendam, falsaque refutandas, sed mere arbitriis distinctionibus utamur; nisi, ut ex disputationibus confundamus seria atque inanibus vocum subterfugis, eis qui ad rem questionis & decisionis veritatem venire noluunt. Faciamus locum ampliorem.

8. Quod ad rem autem harum doctrinarum attinet Soarius efficacem gloriæ intentionem ad oppositam voluntatem conferendi auxilia efficaciam prædestinato male requirit, ut prædestinatio, seu eius approbatio ad illud sit: cum ipse eam voluntatem conferendi auxilium efficax prædestinato, ac subinde prædestinationem ad gloriæ per illud consequendam ex inefficaci Dei intentione, gloriæ esse posse fateatur: imo ex efficace gloriæ intentione esse non posse ostendimus supra. Secundo ad rem hanc in eius doctrina inutiliter adducitur: siquidem, cum voluntas denegandi auxilium efficax ideo per ipsum positivam reprobationem propria non sit, è regione, & contrariè opposita prædestinationi, quia non habetur ex intentione damnationis prædestinati, sicuti habetur à Deo voluntas conferendi prædestinato auxilium efficax, siue eius prædestinatio ex intentione gloriæ ipsius cum defectum intentionis voluntas denegandi auxilium efficax reprobo perveniret, tamen intentio salutis prædestinati, ex qua prædestinatio oriretur inefficax solum foret quare inutiliter ad suum intentum eius efficaciam adducitur à Soario, & memoratur Soarius, & Arrubal conveniunt positivam voluntatem denegandi reprobo auxilium efficax à positivam reprobationem propria à gratia efficaci, & tandem à gloria, atque è regione adversante prædestinationi (quæ prædestinati ad gratiam efficacem, ac subinde ad gloriæ approbationem excludunt, videtur inanis, quia positivam reprobationem à gratia efficaci, ac deinceps à gloria, respicit gloriæ, ut terminum à quo demum reprobat, & separatur reprobatus, non autem priuationem inde gloriæ ut terminum ad quem debet respicere sed ex quoque sine priuationis gratiæ effi-

cacis voluntas positivam sit, positivam reprobatio, & separatio proxime à gratia & remote à gloria: aliter per illam obtinenda, proculdubio erit: quod secus evenit in prædestinatione, quæ, cum essentia sua sit voluntas ordinantia prædestinatum ad gloriæ, ut finem per efficaciam auxilij tanquam media, quæ preparat ad illum obtinendum, agit, & disponit, nequit non finem gloriæ, respicit, atque eius intentione concipi, & haberi: alioquin nec electio, nec preparatio mediorum formalis ad gloriæ finem esse potest. Secundo reprobatio proprie dicta positivam voluntatem obiecto opposito ne dum de opposito sine prædestinatione, non egit: imo in positivam voluntatem de obiecto opposito, scilicet priuatione gratiæ non quidem realiter, sed radicaliter solum potest consistere, quoniam scilicet ratione incompatibilitatis cum voluntate electiva, ac preparativa mediis efficacis ad gloriæ, seu prædestinatione illius prædestinationis negationem respicit: illius in Deo ponit, quæ realiter formaliter prædestinatio excluditur, voluntateque omnis preparandi reprobo illi auxilium efficax, ex quocumque fine (imo oblique etiam sine, habita quia negatio sola positivam voluntatem ex parte formaliter à gratia efficaci immediate, & remote à gloria reicitur formaliter reprobatus, atque reprobationem, quidem formalis defectus & priuatio prædestinationis, siue qua auxilium efficax esse non potest, defectus autem principij necessarii etiam inadæquati (ne dum adeoque quale respectu auxilij efficaci prædestinatio est) negatio effectus necessarii, & proxime assertur: ut ergo ad rem hanc principium illud horum Doctorum nec inde ad ea inducta & petita reprobationis positivæ, & negativæ distinctione plenior. Plena vero, & solida ea distinctio est: si reprobatio positivam ea dicatur, quæ sit voluntas positivam excludendi reprobum à gratia efficaci; negativam vero, quæ sit prædestinatio voluntatis denegandi reprobo efficax auxilium, & vel auxilia efficaciam ad salutem de facto, & cum effectu consequendam, negatio, nulla finis, aut motui, respicitur ne ad illam habita ratione.

CERTAMEN III.

Essentia probationis à gratia efficaci, quo ad rem ipsam, reiectis aliorum placitis stabilitur.

1. Prima conclusio, essentia probationis à gratia efficace scientiam, & actum aliquem voluntatis sue necessario includit. Est communis conclusio, tamen in actibus scientia, & excitatio voluntatis diuine designandis nonnulli ab alijs, & à veritate, imo & à sua eam communi hac conclusione discordent. Supponitur à Iuncto Thom. 1. p. q. 23. a. 3. dicente. *Scire per se habet in se ipsa prout providentia respectu eorum, qui dicuntur volentes in eternam salutem, ita reprobatio est prout providentia respectu illorum, qui ab hoc fine decidunt.* Alii providentia omnis scientiam Dei aliquam, & aliquem actum sine executione voluntatis diuine includit essentialiter, ut contrariè de providentia. d. 2. monstrabimus: ergo utrumque etiam reprobatio essentialiter includit. Probatur: è probationibus conclusionibus de actibus diuinis quos includit essentialiter reprobatio. Pro quarum claritate memoratis intellectualiter reprobatio. Pro quarum claritate memoratis sunt actus simplices intelligentie de condensatione gratiæ ad bonum consensum, & inhibita etiam ratione intrinsece indifferenti, ipsius possibilitate, & contingibilitate pro arbitrio voluntatis create cum consensu, seu negatione, & dissensu. Item scientiæ conditione, seu mediæ, tam de consensu futuri consensu, seu dissensu, quam negationis, consensu, seu dissensu, seu etiam futuri consensu, atque scientiæ voluntatis denegatione consensu, & peccato, auxilio solo scientiæ dato absolute, ac demum iudicii de deprecatu auxiliis efficacibus vltioribus, quibus à peccato respiceret, atque in Dei gratia formaliter sanctificante iustitia, & sanctitate periculis vitam eternam

ret, gloriamque assequeretur, cum etiam actus voluntatis diuine, qui in reprobatione hac adæquate sumpta intercedunt, recensendi sunt, cum, ut quoniam ipsi essentialiter sunt, tum quoniam scientia eorum directiua, & anterior iuxta primam conclusionem eius essentialiter cum illis constituat clariùs dignoscatur.

2. Missa quæ in primis intentione finis (quicunque ille sit) ex qua reprobatio à gratia efficaci à Deo habeatur: quia ea ex præsuppositis ad reprobationem (vtpote ipsius causa intentionalis) per omnes est. Primus voluntatis actus est voluntas efficax dandi reprobo auxilium sufficiens ad salutem, cum quo ad positium sufficientia, tum, quo ad negatiuum efficaciter; tamen inefficacia eius, non ametur, sed solum prænotatur. Secundus actus est positiua voluntas denegandi auxilia reliqua efficacia, vel saltem negatiua voluntatis dandi auxilium vllum aliud ex efficacibus ex libertate contradictionis exercere, & in actu à Deo voluntatem dandi auxilium aliquod efficax omittenti. Alterutrum autem exercitum voluntatis diuine, vel positium, vel omiffiuum ad reprobationem requiri patet: quia, si vel vnus efficacis auxilij conferendi reprobo, voluntas in Deo esset, simul etiam cum voluntate conferendi sufficiens, quod de facto ipsi confertur, nec reprobus ille, nec illius reprobatio foret: ergo reprobatio dicit, vel positium voluntatem Dei denegatione omnium auxiliorum efficacium, coniungendorum de facto medio consensu, & obseruatione præcepti cum reprobi gloria, vel saltem omiffionem exercitum voluntatis conferendi auxilia efficacia reprobo. Hæc vero voluntas denegandi efficacia auxilia, vel omiffio voluntatis illa auxilia conferendi reprobo. Hæc à Deo potest, vel ante omne reprobi peccatum in se, vel in alio, nempe primo parente Adamo, vel post peccati alicuius admissionem, ac præuisionem absolutam. Hi sane actus è diuine voluntatis exercitio in reprobatione quæ agimus à gratia scilicet efficacie omnium sententia absque dubitatione interueniunt, nihilque aliud.

3. Etenim voluntas efficax denegandi gloriam expressa & formalis post obitum reprobi in mortali ad reprobationem hanc à gratia efficaci non spectat: sed adæquate constitutam subsequitur, & illius constitutio essentialis examine opus non habet: quia in voluntate dammandi reprobum, eumque puniendi in peccatorum penam cum pena essentiali (quam damni vocant) tum penam sensus regulata per scientiam simplicis intelligentie de earum penarum possibilitate præsuppositam explorato consistit: quare ne inadæquate quidem, scientia vlla constituitur expressa & formalis à gloria reprobatæ, tamen, cum præfatam scientiam simplicis intelligentie tum visionis obitus reprobi in peccato mortali, tum demum iudicium de dignitate absoluta damnationis, & penarum infligendarum essentialiter voluntas illa reprobatæ à gloria reprobum essentialiter præsupponat. De enumeratis ergo illis tribus actibus, quæ in reprobatione à gratia efficaci interueniunt definiendum hic est: quoniam ex illis reprobationis eius essentialiter ingredientur, & inadæquate constituantur: quandoquidem iuxta primam conclusionem non solum voluntatis diuine, sed intellectus diuini actibus etiam (cum essentialiter prouidentia sit) ipsius essentia continui debet, & prius quidem de actibus voluntatis, et si scientia qua regulantur, posterioribus statuentium recte doctrinæ methodo erit: eis quippe statutus facilius, clariùsque de scientia seu intellectus diuini actibus statuetur: quoniam eiusmodi reprobationis essentialiter inadæquate etiam constituantur: quandoquidem ij ad essentialem eius constitutionem aduocandi solummodo sunt, quos ut sui directiuos actus voluntatis iuxta suam naturam, & essentialiter necessario, & essentialiter supponant, iuxta dicta contr. 6. disp. r. de essentiali constitutione prouidentie diuine ex actibus intellectus, & voluntatis.

4. Secunda conclusio voluntas conferendi auxilium reprobo sufficiens essentialiter reprobationis nullatenus ingreditur. Conclusio hæc crassius rem Theologicam tractantibus, & tumultuario assensibus displicebit: mihi vero maxime placet. Probat primo: quia implicat voluntatem reprobatum alicuius à gratia efficaci ad salutem oriri à seria voluntate, desiderio, & in-

tenione salutis eius, etsi non absolute efficaci; tamen, quia hæc inefficax absolute est, cum voluntate reprobatum illius à gratia efficace non repugnet: argui voluntas conferendi reprobo auxilium sufficiens oritur ex vero desiderio voluntate, ac intentione seria salutis reprobi, ut ostendimus controu. 4. de volunt. & 6. de prouidentia, et quæ cunctis Patribus, & Theologis certum: ergo implicat voluntatem conferendi auxilium sufficiens reprobo esse voluntatem reprobatum ipsius à gratia efficaci. Discursus est legitimus. Maior perspicua: quia implicat oriri ex vera, seriaque intentione alicuius finis voluntatem alicuius impediens, & præsertim de facto, certoque impedituri finis serio intenti consequentem: cum eiusmodi intentio non nisi ad voluntatem medij, & conducentium ad finem, non vero allecutioni finis aduersantium, motiua sit, nedum ad voluntatem alicuius allecutioni finis intenti aduersi & impediens: quæ vero inefficax per scientiam mediam est præuisionem, retractiuium est Deo ab eius denegatione ex intentione salutis reprobi, & pure comitanter se habet ad ipsius donationem, quin eiusmodi voluntate ametur, licet è salutis intentione ea retractatio per scientiam mediam de eius inefficacia sollicitata vincatur, atque auxilium doneatur: ut supra docuimus explicuimusque scemine conscientie de occurfu, & affectu libidinoso amafij, si concionis, vel sacri audiendi gratia templum, quæ scientia ab aditu ad Ecclesiam retrahitur, & tamen pij finis sui gratia retractationem superans illam Templum adit, quin voluntate illa adeundi templum alterius libidinosum affectum moraliter, & interpretatiue adhuc velit: quare quidquid positiue voluntatis in donatione auxilij sufficientis est, totum ex salutis reprobi intentione in Deo est, obstacula per scientiam mediam præsentata, & Deum à voluntate retrahentia superante, ac perfringente: id quod verum etiam est, tamen voluntas priuandi reprobum auxilio omni efficaci, sunt in penam peccati, siue ex alio quouis fine Deo adit: tunc enim auxilij inefficacia eiusque scientia media remouens prohibens solummodo est, ne auxilium sufficiens illud à Deo ex intentione salutis reprobi decernatur, donec tunc: ut non decerneretur, nec donec ea adstante voluntate, si efficax esset ac præciteretur. Nullatenus ergo, tunc etiam, inefficacia auxilij sufficientis erit voluntatis illud conferendi obiectum volitum & amatum, adhuc interpretatiue.

5. Tertia conclusio voluntas denegandi auxilium efficax coniungenda cum obitu reprobi in mortali peccato, & finali iniustitia (siue sit negandi primum auxilium efficax ad vitandum primum peccatum ex solo arbitrio, & Dominio Deo habita, siue vltiora auxilia efficacia, ad vltiora peccata vitanda, atque in primum peccati, & vltiorem etiam penam à Deo concepra) essentialiter reprobationis ingreditur. Conclusionem hanc ex parte in dubium vocarunt pauculi Recentiores male ex cogitatis & fundatis conclusionibus, parim aduersis siquidem Attrubal, ut vidimus voluntatem denegandi auxilium efficax reprobo ante omne, ac subinde primum etiam, peccatum à reprobatione excludit: uti & Herize, d. 32. cap. 2. n. 10. qui n. 9. reprobationem, saltem, quæ post reprobi peccatum est in iudicio dignitatis reprobi, ut auxiliis efficacibus priuatur omnino collocauit: quo voluntatem denegandi illa reprobo à reprobatione excludit. Est autem omnium antiquorum Theologorum reliquorum & conclusio, atque ex dictis de prædestinatione certissima, & expressa cit. art. 3. vbi per omnia reprobationem à gratia efficaci (de qua in præfati agimus) circa suum oppositum eodem modo, atque prædestinationem circa suum obiectum se habere docet, ac pròinde includere voluntatem denegandi reprobo auxilium efficax ad vitandum peccatum, seu voluntatem permitendi peccatum, sicut prædestinatio includit voluntatem conferendi auxilium efficax prædestinato. Verba eius sunt. Sicut enim prædestinatio includit voluntatem conferendi gratiam, & gloriam; ita reprobatio includit voluntatem permitendi aliquem cadere in culpam, & inferendi damnationis penam pro culpa: quibus, etsi pro reprobatione à gloria similem etiam conclusionem statuat, nostram tamen hanc de reprobatione à gratia efficaci addit expresse. Herize citatis numeris in subtilitates quasdam incidens à communi, & vera hac conclusio-

ne, atque à seipso defecit qui eam num. 8. tradiderat, seipsum ad ea, quæ dixerat de prædestinatione d. 12. c. 7. referens, quantum vero aberrat reprobationem, cum à gratia efficaci ob mortale antecedens, tum à gloria ob finalem reprobationem in iudicio de dignitate penæ essentialiter adæquatè constituens ex dictis certamine 2. constat, clarissime constabit ex dicendis: ubi iudicium hoc ab essentiali reprobationis cum à gratia efficaci, tum à gloria conclusione contra ipsum statuta prorsus rejiciamus. Nunc autem contra eundem, & Arrubalem de voluntate permittendi primum peccatum, siue denegandi auxilium efficacis gratiæ reprobatio ad primum eius peccatum vitandum ac proinde ante ipsum admissum, à Deo que absolute præsumptum coniungenda de facto, certoque cum iniusto reprobati decessu, & æterna damnatione ad reprobationem à gratia efficaci essentialiter spectare æque, atque reprobationem à simili gratia post peccatum admissum & præsumptum, probatur eodem S. Thom. testimonio qui vniuersale de omni permissione peccati, & voluntate denegandi auxilium gratia efficaci absque illa distinctione auxilij anterioris aut posterioris peccato, atque in eius penam habito omnino est. Secundo quia voluntas reprobatiua, seu reprobationis prædestinationis voluntati aduersa, eo loco, & gradu reprobationem à gratia spectat, atque voluntas prædestinationis ad prædestinationem: atque voluntas prædestinationis ad gratiam efficacem, etiam primam, coniungendamque de facto, & certo cum iusta morte prædestinati, atque præmio gloriæ ipsius essentialiter spectat ad prædestinationem: Ergo voluntas permittendi primum reprobatio peccatum, seu denegandi auxilium efficacis, quo, si daretur, primum peccatum illud vitaretur, coniungenda de facto, certoque cum eius morte iniusta & damnatione spectat essentialiter ad reprobationem, quæ huic argumento præfati auctores respondent ex proprietate vocis huius reprobatio à gratia, ex qua suam aduersam conclusionem statuere contendunt, discimus supra certam. 2. atque in questione reprobationis, non de nomine, sed de re ipsa reprobationis, de qua solum disputat Theologus deest, locum non habere monstrauimus: quod si in Deo pura omisso admittatur, (vt admitti posse censuimus) omissione etiam prædestinationis & præparationis auxilij efficacis pro reprobato, eius reprobatio ex parte exercitij liberæ diuinæ voluntatis ad eius reprobationem requisiti, satis constitueretur reprobatio: immo, & eum voluntas denegandi auxilium efficacis adest, non se ipsa realiter formaliter reprobationem à gratia efficaci constituit, sed solum realiter materialiter ac præsuppositiue, in ea sententia de libertate contradictionis ad puram omissionem voluntatis diuinæ iuxta dicta certamine 2. num. 9. voco autem voluntatem denegandi auxilium efficacem cum multis loquens: quia an illa, an omissione pura voluntatis illud donandi se Deus in reprobatione de facto gerat incertum est.

6. Quarta conclusio: voluntas excludendi reprobationem à gloria nullatenus essentialiter reprobationis ingreditur. Est æque communis Theologorum constructio de qua, ne Dominici Thomistæ Recentiores qui voluntatem positiuam efficacem excludendi reprobos à gloria & regno ante omne ipsorum demeritum asserunt, dubitarunt. Ratio est: quia vel ea voluntas antecedens in Deo admittitur, vel non admittitur nisi post demerita reprobati, & peccata, qui vitam claudunt in mortali, quæ de fide est, & executiua de facto damnationis reprobati: si hæc sola admittitur, atque illa Deo negatur, est voluntas planè posterior prouidentia excludente reprobationem à gratia efficaci, quæ est dubio procul, anterior absoluta admissione & præuisione peccati, ob quod excluditur, à regno & reprobatur à gloria: si primam aliam voluntatem ultra hanc executiuam admittas, & peccato reprobati anteriorem. Contra primum: quia eiusmodi voluntas in Deo, non est quare reprobationem à gratia, quæ in Deo infallibiliter & certo est, in voluntate, quæ in Deo non est, vt quæst. 3. contra præfatos Thomistæ ostendimus ponis, vel ex illa saltem essentialiter constituit. Secundum ea etiam voluntate excludendi reprobationem à gloria ante omne eius peccatum, & demeritum in Deo admittitur, sane eius finis intentio, ex qua ad mediatorum electionem, nempe negationis auxilij efficacis, præce-

datur: at omnis prouidentia in electione hac posteriori, & præparatione mediatorum ad finem præintentionem constituit, atque eius intentionem solummodo supponit, vt diximus controu. 6. de prouid. vniuersum, & hac controu. speciatim de reprobatione: ergo voluntas illa excludendi reprobationem à gloria, & regno non ingreditur essentialiter reprobationis. Confirmatur ex verbis S. Thom. d. 12. c. 1. m. 1. siue quibus reprobationem in voluntatem permittendi peccatum, seu denegandi gratiam, & anteriorem ad voluntatem inferendi damnationem, seu excludendi reprobationem à gloria, sicuti prædestinationem in voluntate conferendi gratiam, & anteriorem ad voluntatem conferendi gloriam, executiue scilicet, constituit: quare vel voluntatem illam excludendi reprobationem à gloria ante eius demerita non agnouit (vt verè non agnouit,) vel si eam agnouit, expresse à reprobationis essentiali reiecit.

CERTAMEN IV.

De actibus scientiæ reprobationis constitutiuis.

1. Quinta conclusio. Iudicium de dignitate reprobati peccatoris carenti auxilio omni efficaci ad salutem ob admissum mortale nullatenus ingreditur eius reprobationem, adhuc ea parte, qua personalis reprobatio à gratia efficace est. Aduersos omnino Heretice nostri. Probatur: quia iudicio eo habito, ubi aduersus ne ex iustitia punitiua, & vindicatiua auxilij efficacis in admissi peccati penam priuatur, notitia individualis efficacis, & inefficaciæ auxiliorum omnium, & singulorum in particulari: efficacium quidem, vt reprobatio in penam deuegitur, inefficacium vero, vt ab eorum donatione Deus non retrahatur ne pena illa indignitas fustretur: hæc vero scientia media efficacis, & inefficaciæ auxiliorum sola directrix est, & ex qua tota futuritionis effectus certitudo formaliter adæquatè (non obstantis medijs indifferentia intrinseca, & libertate voluntatis reprobati) desumitur in reprobatione, vt desumitur ex scientia media de auxilij efficacis seu euentus constitutionata futuritione sub illo, in prædestinatione disputamus: atque eo solum titulo tribuendi, constitutiuæ certitudinem reprobationis, sicut & prædestinationis, scientia directrix actum voluntatis, vel conferendi auxilium efficacis prædestinatione, vel illud denegandi reprobatione ad essentialem constitutionem, vel prædestinationem cum actu voluntatis alterutro scientia Dei aduocare potest: ergo iudicium illud de dignitate reprobati ob peccatum admissum carenti gratia efficaci, quæ nulla reprobationi certitudo tribuitur, non potest essentialiter reprobationem constituit. Probatur secundum de confirmatur ratio præcedens, iudicium enim illud de dignitate penæ per reprobationem reprobato inferre, solum inferuit, vt in penam, atque ea siue punitiua illud, & honestate iustitiæ vindicatiue reprobato auxilium efficacis denegatur eiusque negatio à Deo per reprobationem præparetur, & infligitur: ergo solum inferuit intentione finis, & infligitur: ergo solum inferuit reprobationem, cuiusque negatio à Deo præparetur & infligitur reprobatio per prouidentiam reprobatiuam, seu reprobationem: atque nulla intentio, ex qua mediatorum prouidentia aliqua à Deo concipitur, & habetur, ingreditur essentialiter mediatorum prouidentiam illam, quia ea intentio est prior natura, quam prouidentia illa mediatorum quæ ex illa à Deo habetur: ergo multo minus iudicium illud de dignitate reprobati, quod intentioni illi anterior est, essentialiter reprobatiuæ voluntatis, siue reprobationis à gratia & auxilio efficaci ingreditur.

2. Sexta conclusio nec scientia simplicis intelligentiæ, sed sola scientia media formaliter cum actu, & exercitio libero diuinæ voluntatis asseritis, nam 6. & 7. essentialiter reprobationis à gratia efficaci constituit. Probatur conclusio: quia scientia simplicis intelligentiæ dicitur

phic ex parte solum ad constituendam essentiam reprobationis spectare possit. Prima, quatenus conduci, necessarium est ad voluntatem conferendi reprobo auxilium sufficiens ex intentione salutis ipsius, quam voluntatem simplex intelligentia de eius conducentia, ad salutem necessario præcedit: atqui hæc voluntas essentiam reprobationis non ingreditur, ut docuimus num. 4. Ergo nec simplex intelligentia eius directiva & anterior ad reprobationis essentiam spectabit. Secunda pars, (ex qua nonnulli scientiam simplicis intelligentiæ de essentia reprobationis esse arbitrantur) est: quia, cum nihil sub conditione impossibili verè futurum conditionatè esse possit: immò vero, nisi ex possibili causa, & hypothesi possit esse possibile, nedum conditionatè futurum sit, ut scientia media de inefficacia auxilij, seu denegatione conditionata euentus sub illo, quatenus auxilium gratiæ in hypothesi, siue ut conditionem attingit, nequeat non attingere possitiam auxilij possibilitatem, ac proinde ea ex parte scientiam simplicis intelligentiæ continere: atqui scientia media eam hypothesi scientiam continens essentialiter, & secundum se totam, & adequatè constituta essentiam reprobationis constituit, ut postrema parte conclusionis continetur: ergo scientia simplicis intelligentiæ essentiam reprobationis constituit. Respondetur veram possibilitatem, & citius futuritatem conditionatam veram, à possibilitate conditionis & causâ pendere, nec posse ab illa præcendere adhuc: non tamen inde inferri scientiam media eius futuritionis possibilitatem causæ, & conditionis, adhuc, qua hypothesim attingit formaliter repræsentari: solum ergo inferri attingere necessario, materialiter eius possibilitatem, siue id, quod possibile est, & præsuppositivè possitiam eius possibilitatem: quia, si eius possibilitas à Deo prænotetur, haudquaquam ad veram futuritionem, vel euentus vel negationis eius dignoscendam apponi, & attingi pro hypothesi & conditione possit.

3. Postrema verò & positiua eiusdem conclusionis pars de essentiali constitutione reprobationis à gratia efficaci per scientiam mediam probatur: quia id, quod determinate voluntariè, ac liberè à Deo denegatur, debet necessario præcisci, ut patet, atqui reprobo denegantur auxilia efficacia, quia efficacia, & habitura effectum salutis, si donarentur: ergo debent efficacia & habitura effectum prænotari, ut denegantur, siue id positiua voluntate ea denegandi, siue pura omissione libera voluntatis dandi ea reprobo, contingat. Quod si dicas id solum probare scientiam mediam, de efficacia auxiliorum, quæ Deus reprobo negat voluntatis ea ipsi denegandi, siue omissionis ea ipsi conferendi directam quidem esse, non autem, ex parte adhuc, essentiam reprobationis constituturæ: quia in sola illa voluntate denegandi, vel omissionis voluntatis ea reprobo conferendi videtur adæquatè consistere, directum tamen id in simili fuit, cum de essentia prædestinationis agentes scientia media, iam ex parte constituit docuimus: quia de cuiusvis providentiæ diuinæ essentia est intrinseca certitudo, quæ scientia tenota certitudo intrinseca esse non potest: unde & providentiæ de auxilio sufficienti, ut potens ad virtutis rationalis creaturâ constituitur scientia simplicis intelligentiæ de illius auxilij conducentia ad effectum essentialiter constituitur, & scientia media de auxilij efficacia prædestinatio, quare & ea scientia, & voluntate conferendi illa, ex æquo, & directè prædestinationis essentia constituitur. Augustino, & Theologis proinde in eius definitione utrumque in recto collocantibus, dum eam ita consone, & constanter definiunt. *Præsentia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.* Cum autem contrario, & adverso positis modo se reprobo habeat, reprobationem esse præsentiam & præparationem negationis beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, si eis conferrentur, & qua certissime peribunt, quicumque peribunt. Dicendum consequenter erit. Hoc ipsum de scientia media inefficaciæ auxilij sufficientis, quod reprobo conferitur, ex salutis eius intentione intelligendam, eadem ratione est: essentiam quatenus ex ea intentione datur, voluntatem illud reprobo conferendi, nec dirigat, nec constituat, ut supra dicebamus, sed ex sola scientia simplicis intelligentiæ de eius conducentia ad reprobi salutem: ac vero

posita in Deo, vel concomitante, vel antecedente (maxima statim dicenda ad proximè subiiciendam obiectionem) voluntate efficace excludendi illum (ex fine quo velis) à gratia efficaci, ex intentione salutis adhuc, conferri absolute non potest, nisi inefficax per scientiam mediam à Deo prænotetur.

4. Obiis auxilia efficacia denegantur à Deo decernuntque reprobo (pono obiectionem in voluntate positiua negandi auxilia efficacia: ubi apparentior est, & vividior difficultas) quia efficacia, & decernuntur ipsi, quia inefficacia à Deo prævisa: ergo amantur à Deo voluntate illa tum negatio efficaciæ eorum, quæ reprobo denegat: tum inefficacia sufficientium, quæ reprobo concedit, cum autem negatio efficaciæ denegatorum reprobo, stet in negatione saltem conditionate futuritionis obseruantie præcepti, quæ, & damnationem certo euaderet, & salutem consequeretur, atque inefficacia sufficientis reprobo concessi stet in futuritione etiam conditionata transgressionis præcepti, siue in peccato ob quod absolute, & de facto à salute excidet, & damnabitur reprobus, sicut planè Deum velle negationem obseruantie futuram conditionatè sub auxilij, quæ vulgè reprobo non adesse, & transgressionem ita etiam futuram sub auxilio, quod reprobo concedit. Respondetur negando primam consequentiam, unde secunda inferebatur, etenim inefficacia, aut efficacia auxilia, quæ in effectus futuritione vel non futuritione, seu negatione futuritionis conditionate sub auxilio illo, si donaretur, consistit; amari à Deo affectu desiderij non potest: ex eius præscientia, quæ illam supponit, cum desiderium ad illud, quod ad ipsum supponitur, & positum prænotatur, ferri nequeat, sed ut illud ad ulteriorem statum prouehatur, & perueniat, absolute nimirum existentia, sed neque potest amari pro statu futuritionis conditionate affectu complacentiæ, ut sæpe diximus, sicut neque pro statu præcisiuæ possibilitatis: complacentia enim solum esse potest de absoluta existentia boni, quod est, non autem quod esse solummodo potest, taleve esset conditionatè, si aliqua conditio poneretur, nisi per erroneam cognitionem (quæ sæpe in nobis contingit, Deo autem repugnat) esse absolute repræsentatur: veritas autem obiectionis scientiæ, etiam, cum absolute physice obiectionem non est, intentionaliter obiectione pro suo statu, & tempore, quo enuntiat, adest: quare circa conditionatum obiectionem potest esse scientia Dei, etsi erga illum Dei amor pro eo statu esse non possit. Secundo negatur aliunde consequentia: quia malum morale præcisci quidem à Deo perfectio est; amari vero, adhuc pro materiali, siue, ut materiale peccati est, atque à reprobo amari positiua imperfectio inefficacia vero auxilij stat in futuritione conditionata transgressionis, & peccati sub eo auxilio, si deus ut ait: erit ergo consequentia tua, Deus scit, quod scire potest, & debet: ergo, & amari, quod neque debet, neque potest. Negationem autem efficaciam auxiliorum, ratione efficaciæ, futurive sit, non solum velle pro quocunque statu non cogitur Deus, sed velle, ut non sint, siue eorum negationem præcise positiuè, & efficaciter ex multiplici fine honesto potest; dummodo eorum non esse malum moraliter, ut diximus, non sit.

5. Sed quid inquires denotat illud quia, dum velle negationem efficacis auxilij reprobo, quia prævidet efficax, & velle illi auxilium sufficiens tantum, & inefficax, quia prævidet inefficax, si vnius efficacis obseruatione præcepti constituitur negationem, nec alterius inefficaciam constitutam præcepti transgressionem conditionata velit, sed solum auxilij efficacis entitatiuè gratia & secundum se sumpti negationem reprobo, & auxilij inefficaciæ secundum suam intrinsecam collationem. Interrogatio hæc efficaciam aut inefficaciam præscientiam in voluntatem conferendi vnum, & negandi aliud reprobo agit, si alteram odenti alteram vero amore prosequatur: sumitque difficultati Herize circa donationem auxilij efficacis prædestinato, quia efficax prævisum, aliquæ ingeniosi vexati sunt, ut vidimus supra, Herize autem nemo in præsentia difficultate potest, qui voluntatis eliciendæ impedimenta putare talia, & retardantia solum ex parte obiectionis à motibus inducentibus

inducentibus, & allicuius ad ipsam bene distinxerit: etenim horum præscientia, ni ad se voluntatem affectu aliquo afferat, nihil habet, quod circa illam agat: illorum vero præscientia voluntatem ad se non trahit, sed ab obiecti prosecutione diuertit, præscientiæque amotionis ipsorum expedit in actu primo voluntatem, ut in proposito bonum, & obiectum feratur: quare alterutrum præscientia suam improfectionem, obiectiue fugam causalitatem exerceat, quin eius ad se amorem trahat, vel fugam: quare recte dicitur, quia præsum impedimentum est voluntatem prosequi obiectum nolle, & quia præsum est eius amotio prosequi obiectum. Huius obuia sunt in phisicis, & moralibus impedimentis absque illo influxu phisico, vel intentionali obiecto in operationes & effectus, exempla quam plurima, quæ idcirco prætermittimus: & quia sola explicatione modi, quo Deus se habet in voluntate denegandi auxilium efficacis reprobo, & conferendi sufficientis, & inefficax res tota clarescit.

6. Habet igitur Deus intentionem seriam, utrumque desiderium salutis reprobi, ex quo ad prouidendum ei de medio, seu auxilio gratia sufficienti, saltemque ad entitatem & positum auxilij mouetur. Habet item ex fine honestissimo, vel exercendi (nam dominum, & potestatem, libertatemque in collatione, vel denegatione auxiliorum gratiæ suæ, quibus velit, cum absolute, tum efficacis, vel inefficax, ex fine item iustitiæ suæ in peccatore reprobo, postquam mortale commissit exercenda, vel tandem ex fine honesto, ex quo velis, voluntatem denegandi auxilia omnia efficaciam, quam diximus, efficaciam. Porro huic voluntati ex intentione alicuius finis honesti ex dictis satisficeret, si auxilia omnia gratiæ, tam sufficienti, quam efficacis reprobo denegarentur: sed tamen, cum ad id efficaciam sua voluntas illa Deum non determinet, & adigat; sed ad ea solum deneganda, quæ efficaciam suam, taliaque esse deprehenduntur: atque ex parte alia serua salutis reprobi illius intentione, Deo, ut diximus, simul adit, nec adit otiose, de prouisione auxilij conducentis de se se ad salutem reprobi illius Deum sollicitat: cum vero auxilia gratiæ cuncta entitatiue, & secundum intrinsecum sui indifferentiam sunt, aptaque æque de se, ut cum consensu ad quem mouetur, vel cum eius negatione coniungantur de facto, si donentur, ac proinde efficaciam, vel inefficaciam consensu, vel negationis eius conditionata futuritione extrinsecus sunt, sit planè, ut de auxilio entitatiue sufficienti ad salutem, ut huius desiderij moti satisfaciatur, nequeat Deus reprobo prouidere, quin voluntatem efficacem denegandi illi auxilium, siue auxilia efficaciam periculo exponat frustrationis cum ea efficaciam pugnantem, ni auxilium donandum utrum efficaciam, vel inefficaciam sit præuideat: quare inefficaciam auxilij illius præsum voluntatem in actu primo retardatam decreto negandi reprobo efficaciam auxilium expedit, ut illud, quod inefficaciam præsum possit absolute conferre, atque inde eius inefficaciam, præscita solum, non amata, in causa est, ut auxilium illud secundum se conducat ad salutem reprobo ex salutis eius intentione à Deo donetur, quod si efficaciam esse prænosceretur, minime fieret, reliquis efficacibus præcongnitis reiectis, ac reprobo denegatis ex eodem decreto & voluntate efficacis denegandi efficaciam omnia: quia efficaciam ipsorum impedit voluntatem, ut auxilium conducat ad salutem efficaciter à Deo ametur, & conferatur: ne illius voluntatis intrinseca efficaciam frustretur, atque inefficaciam subinde esse contradictionem manifesta conuincatur.

7. Oppones tamen esto, non amet Deus inefficaciam auxilij sufficientis: quare nec futuram sub illo conditionatam futuritionis transgressionis præcepti, seu peccati, quia illius inefficaciam formaliter constituitur, nec odio habeat efficaciam, seu futuritionem conditionatam obseruationis præcepti auxilij reprobo denegati: quia alterum inefficaciam præsum est, alterum vero est efficaciam præsum; interpretatiue tamen vel videtur transgressionem, & peccatum absolutum, cui ex certa, & infallibili scientia conditionatè futuri peccati sub illo auxilio, illud nihilominus ipsi donat, & reliqua efficaciam, quibus, si darentur, transgressio, & peccatum non fore, atque certo, & infallibiliter prænouit: sed potius obseruationem, & obseruationem, remouet nihilominus, ac denegat: immò vero, cum ex

scientia inefficaciam vnum velit, conferatque reprobo, reliqua ex scientia efficaciam ipsorum eidem nolit, ac denegat, reprobi salutem videtur insidiari, vellesque ex industria illum perire, quod liuidi genij atque maligne Deoque indignæ, & subdole voluntatis prorsus est: quid ergo suam erga reprobos beneficentiam, misericordiam, & largitatem adeo magnificè in scripturis extollit: cum sciens, volensque id deum tribuat solum, quo certo pereant, misericordique, quoniam si id totum negaretur (est propria voluntate) huiusmodi quidem omni auxilio, scilicet sufficienti negato, ut propria quidem voluntate perirent, cum peccare non possent, quo facere videtur Christi Domini de Iude proditoris sententia, *Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille: quo non vita solum ipsius, sed & auxilia sufficientia.* Cum quibus tamen de facto peccaret, non fuisset. Respondetur negando in Deo voluntatem interpretatiuam, quæ, nisi ex lapsu alieni interpretatione, aut in eo, cui ex officio illum vitare incommodum, nec iure suo vitare ex scientia etiam certa illius, si aliquid agat, locum non habet: ut patet in Ieremia, quæ certa moraliter (idemque esset si certa esset phisice, vel etiam ex reuelatione) de occisore, & prauo afflicto amasi, si domo, ut Templum concionis, & concionis causa, vel animi gratia hortulum adeat, egredietur, cui domo nihilominus egredienti libidinosis affectus illius voluntatem interpretatiuam nemo tribuit, secundum de voluntate præsumpta mortis reprobi cuiusque salutis insidiis, ex industria, malignaque & subdole voluntate locum non habet, in eo, qui nihil debens aliquid ex libertate, liberalitate, & beneficentia donat, licet non donet totum, quod potest, maxime ex intentione serua boni usus, & salutis, ex qua, ut diximus, media donat Deus & sufficientia auxilia secundum positum, & intrinsecum conducentia ad salutem, neque ex scientia media inefficaciam ipsorum præscita dirigent, ut præscitiam ostendimus: sed solum constanter ratione alterius voluntatis denegandi ex honeste fine amplius gratiam quæ in donatione efficacis gratiæ est, Deique dominio & potestati, atque ac sufficienti, & certa reliqua bona subest, quin ius in æternum aliquod creaturæ adit, præsertim in gratiæ dona respectu quoniam, ne precariam quidem, & indignam exactionem habet.

8. Itaque in voluntate denegandi omnia, nec solum efficaciam gratiæ auxilia, suo iure honestissime vult Deus: quin illa creatura rationabilis querela esse possit, ut luti & figuli exemplo Paulus ex Propheta veniente aiebat: ea vero adstante voluntate efficacis denegandi, efficaciam auxilia nihil amplius ex intentione serua salutis reprobi præstare illi potest, quam auxilia sufficientia, quibus eam assequi absolute possit si velit, atque citra efficaciam, quam satis esset, reuerentia: quid ergo malignæ, subdole, atque insidiantis voluntatis erga reprobi salutem in Deo est, qui plus ad eius prosecutionem ipsi ex voluntate illa salutis prærogat, quam debet, & quam ad possibilitatem, seu potentiam absolutam assequendi illam satis foret, solumque denegat auxilia gratiæ efficacis, non ex ea salutis intentione serua, veroque desiderio, sed ex voluntate alia ex qua, ut diximus, conferre non potest? inde beneficentiam suam in reprobo merito extollit, & securus iudicio cum eis contendit: siquidem ipsi eis prærogat, quod non debet, & amplius quam salutis eorum absolute possibilitati sit satis: cum tamen nihil ex eis præstiterint, quæ debebant. De perditionis alicuius procuratore ex industria: esse non potest, nisi ex intentione, ut potius media, quibus pereat inquirantur, atque doceantur quæ à Deo abest quam longissime, quin præscientia inefficaciam auxilij sufficientis ex intentione salutis vult, ut aliquid reprobo proficuum ex intentione salutis vult, ut salutem donet, cum maius aliud efficaciam auxilij voluntate alia donare non potest. Postremum & maius commodum reprobi in denegatione auxilij sufficientis quodammodo ad salutem, cum quo tamen peccat de facto voluntatem ad salutem, cum quo non posset etiam voluntate propria peccare, comparatione facta potentiam cum absolute admissio peccati (ut facta eis verbis à Christo Domino fuit, verum habet: quia maius malum morali estimatione

matione, & rationis recta, & honesta iudicio, peccatum est, quam bona sint natura, & gratia cetera dona. Deus autem, cum auxilium sufficiens, comitante etiam scientia inefficacie ipsius, donat, & vult, ne interpretatiue quidem reprobi peccatum absolute vult, & donat, nec inefficaciam, siue peccati illius fututionem conditionatam amat, vt vidimus: facta vero comparatione eius, quod solum in actu primo, & pro priori ad peccatum est, ac reprobo amatur à Deo, atque confertur, melius longe est, quam eius negatio: siquidem auxilio sufficienti, quoad intrinsecum, & positum sufficientiam, quod solum à Deo amatur, conferturque reprobo, absoluta eius potestas, & potentia physica supernaturalis; ad salutem constituitur, quam habere longe, melius reprobo est, quam non habere: arbitrio præsertim suo, quoad vltimū subditam prorsus & subiectam: & quæ proinde sine prauo reprobi vlt. & malicia, mala illi, adhuc in actu secundo esse minime possit, aut nocua: vt August. & Patres frequentes à nobis supra memorati respondebant ad quæstionem: cur Deus bonus hominem ita condiderit, vt melius esse, & peccare possit, ac non potius, vt peccare non possit, ac non esse bonus nequiret.

QVÆSTIO IV.

De causa reprobationis ex parte Dei.

Examinata statutaque reprobationis natura, & essentia, oportet ipsius causas examinare, & definire: eæ vero & ex parte Dei creaturam rationalem à suo fine reprobantis, & creaturæ ipsius reprobare esse, apponique possunt: quare scorsim de causa ex parte vniuersalisque, ad reprobationem disputandum, & primum de causis ex parte Dei præsentem quæstionem. In ea vero certum est dominium supremum, cuiusque Deo in sua omnia creata bona, & dona, ad rem præsentem speciatim supernaturalia auxiliantis gratia, ex quo pro suo arbitrio, vel omnia, vel efficacia, & habitum effectum, si docentur, absque creaturæ rationalis iniuria conferre denegareque potest, causam reprobationis esse, vt fatentur omnes, nosque proinde sæpè hæcenus supposuimus: solum ergo esse quæstio potest, an vltior actus diuinæ voluntatis, ex quo reprobatio à gratia auxiliante efficacie, (eodem enim modo de reprobatione etiam à gratia sufficienti philosophandum citijllam præcedat: in dubium autem est ad voluntatem denegandi reprobo auxilia efficacia, qua reprobatio, vt diximus, completur, præcedere, vt minimum, finem dominij, siue in donorum illorum supernaturalium largitione: subtractione exercendi, eiusque exercitij intentionem; est reprobi peccata præcellere, exercenda etiam ibi iustitia vindictæ per auxiliorum subtractionis supplicium. Tota ergo præsentis quæst. difficultas est, an ex intentione inefficaci, vel efficaci, antecedente reprobi peccata, & demerita, priuandi ipsam gloria, atque inferno addicendi reprobatio eius ab efficacibus auxiliis (quorum scilicet subtractione, eo de facto deueniet, atque à regno excludetur) proueniat de facto, possitve saltem prouenire: ac proinde ea etiam intentio, vel efficax, vel inefficax exclusionis à regno, & damnationis reprobi, reprobationis à gratia efficaci, causa ex parte Dei sit, esseve possit: quam quæstionem de intentione efficaci solum video à Doctores ex instituto disputari: cum tamen de inefficacie etiam nonnulla sint scientia & examine Theologico digna, quæstiones, disputanda, postquam de efficaci possibilitate quæstionem quartam profligauerimus, ne multa simul examinantes confundamus.

CERTAMEN I.

Pro quæstionis expeditione notata.

1. Aduertendum circa præfatam efficacem voluntatem excludendi hominem à gloria, illamque æternis cruciatibus mancipandi ante eius peccatum prauum dupliciter posse in Deo cogitari. Primo absolute, & ex supremo dominio in creaturas, bonaque, & mala illarum, quin in exclusione à regno celesti, & damnatione æterna creaturæ rationalis huius demerita, & peccata attendat, videatque, quæ puniat, sed solum, vt suo in creaturas iure vtatur: de qua voluntate efficaci in Deo nunquam, nusquamque esse certum statuta apud Catholicos cunctos lege est, quæ in nulla rationali creatura defecit, aut vquam deficiet, id, vt minimum, probant illa Christi Domini finaliter mundum iudicantis verba. *Ita maledicti in ignem æternum, qui parati sunt Diabolo, & Angelis eius*: id est, qui solis apostatis Angelis, atque eorum similibus præuicatoribus hominibus institutus, decretusque est: Suadet secundo sententia apud Patres, & Scripturam frequentissima, Deum, scilicet, ad mala cruciatumque (æternos præsertim) creaturæ rationalis ab eius sceleribus, malisque meritis coactum venire solum, & inuitum trahi potius, quam venire, cuius sententiæ præclara testimonia solimus controuersia quinta, vbi delectum seriam salutis omnium, etiam reprobatorum, statuamus, iuadet: tertio sententia alia amplior, nec minus Patribus frequens. Deum non permissurum creaturæ mala, nedum facturum ingens malum damnationis eius, nisi de eis posset facere, & de facto faceret bona: quare hæc in re non de facto, sed de possibili absolute, siue de potentia Dei absoluta quæstio apud Theologos esse solummodo potest. An Deus, non quidem, vt puniat commissa, sed vt suo dominio iureque vtatur, creaturam rationalem innoxiam in puris naturalibus sine gratia, aut peccato conditam, possit absolute eius damnationem, ac subinde exclusionem à regno efficaciter velle, atque decernere.

2. In ea quæstione Herize noster disputatione 33. citata c. 1. numero 8. noster etiam Ioannes Præpositus ad quæst. 23. dub. 2. numero 103. & antiquiores plures affirmatiuam partem supponunt: neque vero Ariaga disputatione 39. sectione secunda, subsectione prima. Quirous tom. 2. de Deo vno, disputatione 17. sectione quarta, numero 16. Probat ille quia multum de crudelitate id procul dubio haberet: quemadmodum in homine, qui ad suum dominium in canem exercendum, ostendendumque, illum quotidie seminare efficaciter veller, quamdiu is viveret; nedum rationalem creaturam eo solum titulo Deum velle efficaciter merè per æternitatem. Quirous vero probat 1. ex Augustino 3. contra Iulianum capite 18. dicente, *Deus non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est*. Secundo, quia iustitia Dei arguit æternam vitam, in qua afflictus iustus temporaliter æternè feliciter viuat, ne temporalia mala purè, & solum mala, absque villo fructu, & respectu ad bona potiora, Deo solum permittente, nedum volente, pariat: citius ergo arguet pura & adeo dira mala inferni ex Dei sola voluntate efficaci absque villo penæ debito creaturam rationalem æternè pati non posse. Postrema hæc duo parum videntur: Sanctus Augustinus enim planè loquitur de malo illo æterno in penam ob peccatum, & ex iustitia vindictiua creaturæ rationali inflicto à Deo: vt verbum damnare, & ratio subiuncta, *quia iustus est*, ostendunt enim immeritum punire damnatione, & sententia penali propriè acceptis iustitiæ opponitur: cui non opponitur cruciatus & gloria negationem alicui efficaciter iure dominij à Deo decerni, & infligi, sed, vt summum Dei bonitati, & benignitati opponeretur, Paritas rationis subiunctæ non viget, antecedens siquidem probatur.

LLI ex